

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Solinus de Memorabilibus Mu[n]di

Solinus, Gaius Iulius

Spire, 1512

Solinus autino salutem

[urn:nbn:de:bsz:31-270794](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270794)

C. Julii Bolini.

Solinus Butino Salutem.

Quam et aurium clementia: et optima; artium studio prela-
re te ceteris sentia. Idque oppido expertus de benivolentia
tua nihil temere perceperim: reputavi cramen opuscu-
li isti? tibi porissimum dare: cui? vel industria propterea suffragium vel
benignitas ventura spondebatur facilitate. Liber est ad compendium
preparatus: quantumque ratio passa est: ita moderate repressus: ut nec pro-
diga sit in eo copia: nec damnosa concinnitas. Cui si antequam prius
incederis velut fermentum cognitio magis et inesse quam gradus elo-
quentie deprehendes. Exquisitis enim aliquot voluminibus studium
largitus impendio fateor: ut a notioribus referre pedem et remotius
immorarer. Locorum commemoratio plurimum tenet in quam partem
ferme inclinatio est uniuersa materies: quorum commemorasse ita
visum est: ut inelytos terrarum situs: et insignes tractus maris: ser-
uata orbis distinctione suo queque ordini redderemus. Inscruius
etiam plerumque differenter congruentia: ut si nihil aliud: saltem ipsa va-
rietate legentium fastidio mederetur: inter hec hominum et aliorum animalium
naturas ex pressimus: additis paucis de arboribus: et lapidibus exoticis
de extimam gentium formis: de ritu dissona abditarum nationum
nonnullis etiam dignis memoratu que pretermittere incuriosum vi-
debat: quorum auctoritas quod in primis industrie tue insinuarum
velim de scriptoribus manat receptissimis. Quid enim afferre nouum
possimus: quid proprium nunc esse possit: cum nihil omiserit antiquitatis
diligentia: quod in tactum ad hoc usque cui permaneret? Quare opte-
queso ne de presentis tpe editionis istius fidem liberes. quoniam quidem ve-
stigia monete veteris persecuti: opiniones uniuersas eligere mala-
timus: potius quam innouare. Itaque si qua ex istis secus quam opto in ani-
mum tuum venerint: des velim infantie mee veniam: nam constantia
veritate penes eos est quod secuti sumus. Sicut ergo qui corporum
formas emulant: postpositis que reliqua sunt ante oia effigunt
ant modum capitis: nec prius lineas destinant in membra alia quam ab ipsa
(ut ita dicam) figurarum arce auspiciam faciant inchoandi. Nos quoque a
capite orbis: id est ab urbe Roma principium capiemus: quibus nihil
super ea reliquerint doctissimi auctores quod in nouum preconi-
um tot annalibus ne tamen proorsus dissimulata sit originem eius
quanta valemus persequemur fide: quod ante omnia demittere in-
pectus tuum velim ac scribere.